Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XXV. Die Stadt Beelitz verbindet sich mit der Stadt Brietzen zur Treue gegen den Markgrafen Ludwig, am 7. März 1349.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54022

transgreſſione qualibet, preſentes et futuri Conſules ac communitas civitatis noſtre prenotate perpetuo fideliter commaneant, ipſos a penſione ſua annua videlicet quadraginta marcarum argenti Brandenburgenſis, quarum medietatem in feſto beati Martini et reſiduam in feſto beate Walpurgis annis ſingulis erogabant, libertavimus et preſentibus libertamus ſic, quod ab eadem penſione per nos et heredes noſtros ſine omni exigentia liberi et exempti fore debeant curſibus temporum ſempiternis, Dantes etiam et jure hereditario conferentes ipſis preſentibus et poſteris in premiſſorum reſtaurum theloneum fori aut lignorum ſeu quocunque nomine cenſeatur, quod hactenus in prenotata civitate noſtra temporibus annuis tenuimus et poſſedimus, Vaſallorum ac ceterorum noſtrorum fidelium Cenſu ſeu redditibus annuis ſalvis, in antea perpetuis temporibus ſine inquietatione noſtri, heredum et officiatorum noſtrorum quorumlibet tenendum et in uſum civitatis noſtre dirigendum pariter et habendum. Appropriavimus et preſentibus appropriamus prenotate civitatis noſtre Conſulibus et univerſitati preſentibus et futuris molendinum aquaticum intra foſſata civitatis noſtre jam ſepius tacte actu conſtructum vel idem in alio loco ſuper ipſorum ac civitatis proprietate noſtris ad hoc conſenſu et voluntate benivola adhibitis, pro ſuo beneplacito voluntatis conſtruendum ſic, quod uſus et redditus annuos de ipſo molendino derivatos derivantes et derivandos in commodum ac utilitatem civitatis convertere ſine omni noſtri et heredum noſtrorum impedimento potuerint, prout ipſis melius videbitur expedire. In cujus rei teſtimonium preſentes dari fecimus ſigilli noſtri appenſi munimine firmiter communitas. Teſtes vero hujus ſunt nobiles viri Guntherus Comes de Swartzenburg, Dominus in Spreimberg, nec non ſtrenui viri Friedericus de Lochen, Ulricus Wilbrant, Dypoldus Hele, Marſchalcus noſter, Johannes de Huſen Camere noſtre Magiſter, nicolaus valk de lizenitz, Hartmannus Mager, Wolfhardus de Satzenhouen Milites et Nicolaus de Wulkow cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in caſtris prope villam Bardenitz, Anno Domini M. CCC. XL octavo, feria quarta proxima poſt feſtum omnium ſanctorum.

Klöbens Waldem. III, 491.

XXV. Die Stadt Beelitz verbindet ſich mit der Stadt Brietzen zur Treue gegen den Markgrafen Ludwig, am 7. März 1349.

Wir radmanne von Belitz bekennen das offentlich in diſſen priue, das wir mit der vulbort vnſer purger gemeinn haben vns vereynet vnd zuſamen gelobet mit den radmanne von der Britzen mit der Vulbort irrer Purger Gemeine, das wir nimmer getreden oder gelaſſen willen von vnſern Herren Marggraf Lodewich Marggraff zu Brandenburg vnd ſinen rechten erben —. Geben zu dere priſn Nach Gotis geburt duſent vnd dreyhundert Jar vnd in den nuen vnd vircigeſten Jare, an dem ſonnabent nach aller man Vaſte vnder vnſern Ingeſigil.